


Illustriss.^mo ac Reuerendiss.^mo D. D. MARCO ANTONIO GOZADINO tituli Sancti Eusebij Cardinali Amplissimo, Episcopo Tiburtino, ac S.^mi D. N. D. GREGORII. XV. Consobrino &c.

NE tot, tantisq; fluctibus agitata Ecclesiæ Romanæ nauis funditus deperiret, diuina prouidentia singulis sæculis noua adhibuit auxilia, ut nouis superuenientibus malis occurreret. Hac nostra ætate, in qua nec pauciores, nec imbecilliores, sed fortè maiores, et plures excitat hostis xpiani gregis tragoedias, peculiari fauore cælesti datus est nobis in Pastorem Dauidicum, atq; Herculeum GREGORIVS. XV. qui singulari pietate, uigilantia, et robore insurgentes Leones, et Vrsos discerperet, hydram capita multiplicantem abscissis capitibus interficeret. Hæc me ratio ~ mo-

mouit, Cardinalis Amplissime, vt Amplitudini
tuæ hunc libellum, tanquam singularis meæ ergà
ipsam obseruantiæ, & intensæ eidem inseruien-
di voluntatis signum, offerrem; vt eodem libel-
lo perlecto, ad gloriosissimi Nominis Dei deuoti-
onem excitetur, illud semper in corde habeat,
illudq; sæpè inuocet. Sumes igitur Princeps
Illustrissime libellum hunc pro tantorum be-
neficiorum gratiarum actione, quùm dignū
quid (iuxtà illud Maronis: Non mihi si lin-
guæ centum sint, oraq; centum; ferrea uox)
facultates meæ Illustrissimæ Amplitudini tuæ
offerre non patiantur; eam præcipuè ob cau-
sam, quòd me (licèt indignum) ad tam, et
tantum Firminiæ Episcopatus fastigium
tua reuocauerit humanitas: quod propte-
rea factum est, ut ipse, posteriq; mei fami-
liæ tuæ perpetuò deuincti existeremus: quod-
que eo propensius fiet, quò obsequium nrūm
tibi

tibi haud ingratum esse, patefeceris. Dabit
præterea sacrosanctum in eo expositum Nomē,
hæresum extirpationem, infidelium conuersio-
nem, fidelibus pietatis, et Religionis incremē-
tum, Amplitudini tuæ longiorem vitam, do-
nec ad summum illud culmen ascendas, et
fiat Pastor vnus, et vniuersus orbis ouile
vnum: quæ omnia ad maiorem Nominis
sui gloriam, necnon S.R.E. exaltationē
nobis videre concedat Altissimus. Romæ
ex Conuentu S. Mariæ de Aracœli die XXIII.
Maij M.DC.XXII.

Illustriss.mæ ac Reu.mæ Amplitudinis V.ræ

Minimus, et addictissimus seruus

F. Chrysostomus Carlettus à Ca-
pranica Firminiæ Episcopus.

Præfatio ad pium Lectorem.

QVAE de diuinis Nominibus dicũtur, et ex veteri Testamento, ac priscis secretioribus Patribus Hebræorum petita sunt maxima ex parte, non eò afferuntur quasi vetustatem cum Synagoga sequi velimus. Nam Dominum nr̃um IESVM Christum Dei Filium, Saluatorem omniũ et noui, æterniq; Testamenti auctorem agnoscimus, et adoramus. Atq; eius Nomen (quod, ut ait Apostolus, est super omne nomen, et in quo omne genu flectendum est, Cælestium, Terrestrium, et Infernorum, et deniq; in quo miracula facienda, et omnia petenda iuxtà ipsiusmet Domini nostri institutionem) inuocamus in omni loco, et tempore cum Catholica Ecclesia Christianorum. Sed pietatem, ac deuotionem erga supremam Dei nostri maiestatem excitare satagimus recordatione diuinorum attributorum, et effectuum, quæ per hæc Nomina diuersimodè significantur. Proindè in hanc partem omnia accipienda erunt à te Lector optime, qui, vt spero, boni

con-

consules hunc laborem, & si quid erit, vnde talem affectum pietatis excitari sentias, id totum mecum ad maiorem eiusdem Dei, & Domini gloriam relatum voles. Illud autem in primis monendus es, nullam nos vim facere in his precandi modis peculiariter, aut definire numerum Nominum diuinorum, cum longe plura ex innumerabilibus Dei attributis peti poßint. Neque item vim tribuere figuris ullis, aut characteribus, ne superstitiose cum Hebræis sapere videamur: Sed monstratam ab antiquis uiam secuti sumus, & schemata apposuimus tantum commoditatis gratia, nimirum, vt ea Nomina commodius disponerentur. Ego vero siquid in hoc opusculo contra bonos mores, & Fidem orthodoxam deuotus, ac pius Lector reperire poßit (quod minime credo) reprobo, & in omnibus, ac per omnia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ pedibus me, meaque subijcio, & submitto. Vale.

EGO F. Iacobus Bonauentura Hepburnus minimus Scotus, ac Linguæ Sanctæ, Græcæ, & Arabicæ, cæterarumque Linguarum Orientalium Profeßor, iußu Illustrißimi, et Reuerendißimi D. Cardinalis Veralli totius Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia Protectoris, Gubernatoris, et Rectoris vidi, et perlegi librũ Reuerendi admodum Pris, P. Chrysostomi à Capranica Ordinis Minorum de Obseruantia, et huius Romanæ Prouinciæ Actualis Definitoris: qui inscribitur de ineffabili, et gloriosißimo DEI Iam-
שֵׁם שֶׁל־אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת Nomine quatuor litterarum, quod Græci Τετραγράμματον nuncupant, et modo Θεος; modo immo vt plurimum Κυριος vertunt; Chaldæi Syri ܡܪܝܐ, Arabes الرَّبّ. Armeni Տէաւր. Aethiopes እግዚአብሔር: reddunt; Hebræi uero sic scribunt יהוה. de eius virtute, et uaria scriptione &c. contra hostes fidei Catholicæ; nec

in

in eo inueni quicquam, quod orthodoxæ fidei, aut bonis moribus aduersetur. Quid ego de opere censeam, paucis, et candidè dicam; Opus planè diuinum, et Seraphina charitate conditum, ita ut eius Auctor mihi ἀετὸς ἐν νεφέλαις nuncupari meritò uidetur: cuius ingenij acumen miramur, æmulamur, et fermè inuidemus: facile est ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα γινώσκειν. Quare Librum Empyreum, et à Seraphino spiritu effusum, Induperatore maximè dignum iudico. In quorum fidem &c. In nostro Conuentu Sanctissimæ Trinitatis Romæ V. Kalendas Maij 1620.

F. Iacobus Bonauentura Hepburnus Scotus Minimus.

Cum

CVM omnia, quæ in hoc Libro admodum Reu. P. Fris Chrysostomi à Capranica de diuinis Nominibus continentur, quam in partem accipienda sint, Auctor se optimè explicet in Præfatione, nihil video non profectum ex Religiosissimi Viri erga DEI Nomen pietate: et hanc eius virtutem laude dignissimam puto. Romæ 10. Maij 1620.

Bandinus Gualpeduccius Societatis IESV manu propria.

NOS Fr̃ Bonauentura à Maßignano Sacræ Theologiæ Profeßor, ac Generalis Lector, & in Romana Curia totius Ordinis Fratrum Minorum de'Obseruantia Procurator Generalis fidem facimus, & attestamur vidiße, diligenter examinaße, ac attentius perlegisse hunc libellum Reu. P̃ris F̃ris Chrysostomi Carletti à Capranica eiusdem Instituti, nostræque Romanæ Prouinciæ inter Prouinciales Ministros, ac Actualis Definitoris: cuius titulus est, de ineffabili Dei Nomine Τετραγράμματον יהוה contra hostes, et persecutores Catholicæ Fidei: et non tantùm quid minimum correctione dignũ, aut

contra

contra bonos mores Orthodoxæ Fidei reperire nequiuimus, sed econtra, multa præclara, et perlucida in laudem, gloriam, et honorem eiusdem gloriosißimi magni Nominis יהוה: Opus merè Empyreum, & Induperatore maximè dignum. Datum Romæ ex nostro Cõuentu Sanctæ Mariæ de Aracoeli die 12. Maij 1622.

F. Bonauentura à Maßignano Procurator Generalis.



Sume tibi librum Romanorum inclyte Cæsar.
Victricem gladium, quo Deus vltor erit.
Dumq; Sacellanus decantat Nomen יהוה
Esto manu fortis, fortior esto genu.
Si reget Imperium virtus pietate magistra,
Hostibus edomitis, cuncta pericla ruent.

DE INEFFABILI DEI NOMINE TETPAΓPAMMATON יהוה ALIISQVE EIVS ASSERTIS ATTRIBVTIS NOIB.ᵘ

CAP. I.

OMNIA Dei Nomina in libris omnibus inuenta, ab effectibus deriuata sunt, preter vnum, quod est יהוה Iehouah, & per eius excellentiam, & celsitudinem dicitur Grece Τετραγράμματον à τετρα, quod est quatuor, et γράμμα littera, idest, Nomen quatuor litterarum יהוה: et est Nomen appropriatum Altißimo Creatori, et propter hoc vocatur שם המפורש Sembammephoras, idest, nomen expositum, siue declaratū: significat autem et ostendit ipsam Dei substantiā, ac eius quidditatem ostensione, et significatione(quā-

tum



Quomodo Trinitatis mysterium per Nomen Τετραγράμματον distinctè exprimitur.

CAP. II.

IN antiquis Hebræorum codicibus hoc gloriosum Nomen יהוה per tres litteras י iod circulo clausas, hoc modo (ייי) scriptum reperitur: quæ littera י iod primum principium esse, exponitur, et soli Patri conuenit in operibus Trinitatis intrinsecis: in operationibus tamen extrinsecis tribus personis cōmune est. Tres ergò litteræ י iod tres diuinas hypostases ostendunt: circulus uerò quo tres י iod includuntur, ipsam diuinæ essentiæ identitatem, qua tres simul ipsæ diuinæ hypostases tanquam unicum principium ad omnium rerum actiones concurrunt: Et sicut tres ipsius gloriosi Nominis litteræ simul sumptæ unum Nomen efficiunt; ita tres personæ diuinæ sunt unus Deus: ut in sequēti circulo datur conspici.



Ex quatuor litteris huius gloriosissimi Nominis יהוה prisci Patres Hebræorum sanctam Trinitatem insinuabant.

CAP. III.

TRIA quoqꝫ alia Dei Nomina ex quatuor lr̃is huius Nominis componi, veteres Hebræorum asseruerunt, scilicet, יה Iah, הו Hu, והו Vehu. Primum enim ex prima, et secunda componitur lr̃is, hoc modo, יה, quod est compendium ineffabilis Τετραγράμματον; nam idem est, quod Deus, et sæpissimè iungitur verbo הללו, id est, laudate הללויה halleluiah, laudate Dominum, Patremqꝫ designat, qui totius diuinitatis fons est. Secundum uerò ex lr̃is secunda, et tertia cõstat, sic הו, quod, ipse, exponitur, et Filium significat, quia ipse profectò est, quem Prophetæ ad saluandũ genus humanũ venturũ prædixerunt. Tertium deniqꝫ ex tertia, et quarta constituitur lr̃is, hoc modo, והו, et idem sonat, quod et ipse, et Spiritum sanctũ denotat, quia et ipse quoqꝫ post Filium uisibiliter mitti debebat: vt in pagina aduersa ostenditur.



De Nomine DEI אלהים Elohim.

CAP. V.

HOC Dei Nomen אלהים Elohim in sacra pagina pro Deo vero Τετραγράμματον יהוה accipitur, ut est illud Gen. 1. בראשית ברא אלהים In principio creauit Elohim: Vbi Moyses ad insinuandum omnes tres personas diuinas Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, tamquam vnicum principium simul ad mundi creationem, omniumq; rerum productionem concurrisse אלהים Elohim in plurali dixit, non אלוה Eloha, aut אל El Deus in singulari: ad ostendendum autem tres illas personas essentialiter non distingui, sed idem omninò esse, idest, vnum Deum esse, et non tres Deos, verbum ברא bara creauit in singulari iunxit, et non בראו bareü creauerũt in plurali. Vndè constat per Nomen אלהים Elohim cum uerbo singularis numeri iunctum, et personarũ Trinitatẽ, et essentiæ unitatẽ optime designari: ut in pagina aduersa uidere est.



De Nomine Dei שדי Sadai.

CAP. VI.

OCCVRRIT frequenter in sacris litteris et aliud Dei Nomen שדי Saddai, quod est compositum ex verbis די dai sufficit, et littera ש quæ idem valet, ac אשר aser, qui, שדי Saddai, quasi אשר די aser dai, qui sufficit, vel qui sufficiens est, uel qui sufficientia est, siue qui sufficientiam habet. Et Exod. 6. Ego אדני Adonai apparui Abraham, Isaac, et Iacob per אל שדי El, Saddai, & Nomen meum Τετραγράμματον יהוה non feci scire eis, hoc est, in forti, sufficienti Τετραγράμματον יהוה cui gloriosissimo Nomini cætera alia Dei Nomina referuntur: vt in pagina aduersa conspicitur.



De Nomine Dei אדני Adonai.

CAP. VII.

INEFFABILE et gloriosum Nomē Dei Τετραγράμματον יהוה tantæ excellentiæ, celsitudinis, dignitatis, gloriæ, et honoris fuit apud priscos Hebræorum Patres, vt à nemine nisi ab ipso Pontifice maximo, idq; dumtaxat in solemnitatibus, ac festiuitatibus maioribus, non in alio, quàm templi loco proferretur, sed loco יהוה Iehouah quotiescunque occurreret, statuerint legendum אדני Adonai, id est, Domini mei in plurali numero: nam à nomine אדון adon, quod singulare est, et id, quod Dominus significat, fit plurale אדנים adonim, Domini: deinde cum affixo י iod אדני Dn̄s meus; אדני Adonai Domini mei plurale, sicut et אלהים Elohim: vt ex hoc palam ostenderetur vniuersale rerum dominium tribus personis diuinis commune esse. Nam Dn̄s est Pater, Dominus Filius, Dn̄s Spiritus sanctus, et tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus Deorum Deus יהוה: vt patet in sequenti circulo.

יהוה

Iustus
Iudex
Creator

Arbiter
Immensus
Aeternus

Sufficiens
Primus
Nouissimus

Excelsus
Altissimus
Strenuus

Fortis
Robustus
Inuincibilis

Dominus
Omnipotens
Misericors

De alijs Dei Nominibus quatuor litterarū.

CAP. VIII.

ALIA quoq; apud Hebræos comperiuntur Dei Nomina, quæ etsi quatuor litteris con=stent, vt sunt אלוה ארני אהיה אגלא et cætera id genus; nullum tamen ipsorum ארבע אותיות arbach, othioth, id est, quatuor litterarum, siue Τετρα-γράμματον dicitur, præter solum ineffabile יהוה Iehouah, quia nullius alterius nominis litteræ ita distīctè diuinitatis arcana intrinseca indicant: nam hoc nomen יהוה est vnicum Deo appropriatum, cætera autem non Deo propria, sed ab aliquibus operibus in mundo inuentis denominata: quare solū hoc gloriosissimum יהוה per excellentiam Τετραγράμματον appellatur. Et septuaginta duo Dei attributa, quæ latinè, Græcè, Hebraicè, & Arabicè quatuordecies et octies numerantur, et in pagina aduersa apparent, huic gloriosissimo magno Nomini יהוה referuntur.

10 י
15 יה
21 יהו
26 יהוה 72

Devs.	אלהים	ΘΕΟΣ.	[illegible]
Iah.	יה	ΙΑΩ.	[illegible]
Dominus.	אדני	ΚΥριος.	[illegible]
Fortis.	אל	Ἰσχυρὸς.	[illegible]
Arbiter.	אלוה	Δικαστὴς.	[illegible]
Sum.	אהיה	Εἰμὶ ὁ ὬΝ.	[illegible]
Excelsus.	עליון	Ὕψιστος.	[illegible]
Pater.	אב	ΠΑΤΗΡ.	Taio
Sanctus.	קדוש	Ἅγιος.	[illegible]
Viuus.	חי	Ζωὸς.	[illegible]
Creator.	בורא	Κτιστὴς.	Bωra
Maximus	גדול	Μέγιστος.	[illegible]
Gloriosus.	הדור	Ἔνδοξος.	[illegible]
Optimus.	טוב	Ἄριστος.	[illegible]
Saluator.	מושיע	ΣΩΤΗΡ.	[illegible]
Miserator	חנון	Ἐλεήμων.	[illegible]
Redẽptor.	גואל	Λυτρωτὴς.	Buoh.
Misericors	רחום	Οἰκτίρμων.	Iſtn.

De Nomine Dei duodecim litterarum.

CAP. IX.

NOMEN Dei duodecim litterarum non vnum fuit Nomen, ſed tria nomina aggregata, quorum litteræ duodecim erant, quæ ſequuntur אב בן ורוח הקדש ab, ben, veruach, haccódes, ideſt, Pater, Filius, & Spiritus ſanctitatis: per quæ Patres Hebræorum Nomen Τετραγράμματον יהוה quoties in ſacra ſcriptura occurrebat, pronunciabant, atque exponebant. Et tria hæc Nomina vnum Nomen dicebantur, ad innuendum, quòd tres perſonæ diuinæ per tria illa Nomina expreßæ ſunt vnum ſecundùm naturam, ideſt, vnus Deus. Et

ex

ex **N**omine duodecim litterarum aliud quadraginta duarum emanat, quod similiter non unũ nomen est, sed diuersa continet verba, quæ unũ nomen quatuor scilicet litterarum יהוה ostendunt, et manifestant, uel quæ **N**omen vnum Tetragrammaton perfectè exponunt. Hæc autem verba ex duabus et quadraginta litteris constantia apud vetustißimos Hebræorũ hæc erant אב אל בן אל ורוח הקדש אל אבל לא שלש אלהים כי אם אלוה אחד hoc est, Pater Deus, Filius Deus, et Spiritus sanctitatis Deus: verumtamen non tres Dij, sed Deus vnus: tres in vno, & vnus in tribus, vel Trinitas in vnitate, & vnitas in Trinitate: vt ex sequenti figura Summi Pontificis Aaron colligitur.



Rosa fragrantißima dicitur Nomen Domini Τετραγράμματον יהוה.

CAP. X.

QVID facies magno Nomini? Iosue. 7. Coronemus Rosis, et quasi Rosa plantata ſuper riuos aquarum fructificate, & date Nomini ſancto eius magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum veſtrorum, & in canticis labiorum, et citharis. Et Eccles. 39. Rosa pungit, odorat, Nomen Domini fragrat, et veram compunctionem parit. Hinc eſt, quod in Rosa Nomen magnum, et ineffabile poteſt insculpi, vt contineat Nomen illud gloriosum decies et octies; qui numerus conſcendit ad numerum myſticum LXXII. vt ex ſequenti figura innuitur.



Sume Rosam Cæsar ſignatā nomine diuo
Ære micans clypeus, quæ tibi fortis erit.
Fulgore hinc hostem feriens, nam lumina ſtrigit,
Et ualide instanti læsa repugnat ei.
Quam bene. mi Cæſar. poteris defendere ſedem,
Hoc ſite roseo cingere uis clypeo.

In Arca fœderis magnum Nomen Τετρα-γραμματον יהוה custodiebatur.

CAP. XI.

LOQVERE Filijs Israel, dixit Deus ad Moysen Exod. 25. ut faciant mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum, Arcam de lignis setim compingite, et deaurabis eam auro mundissimo intus, et foris, facies q; coronam auream percircuitum, et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor Arcæ angulos: duo circuli sint in latere vno, et duo in altero, ponesq; in Arca testificationem, quam dabo tibi: duos quoq; Cherubim aureos facies ex vtraq; parte oraculi; Cherubim vnus sit in latere vno, et alter in altero. Testificationem, quam peculiariter dedit Deus Moysi, fuit, quando ei Nomen suum maximum, et gloriosissimum reuelare voluit, ut habetur Exod. 3. Ego sum, qui sum, hoc Nomen mihi est in æternũ, et hoc memoriale meum in generationem, et generationem. Et in prima tabula legis testificationis, quæ conseruabatur in Arca, erat sculptum hoc ineffabile Nomen Τετραγράμματον יהוה: vt in sequenti pagina videri potest.



Mittitur è Cælo. Cæsar, tibi fœderis Arca,
In qua pro Imperio dimicat ipse Deus
Cernitur hic Superum Rex hostes fulmine cedes,
Cernitur, atq; hostis magna ruina tui.
Hanc inimicorum, Cæsar, præpone phalangis,
Si cupis hostiles uincere posse sinus.

Hoc magnum Dei Nomen Τετραγραμματον per totum orbem quatuor, et tribus litteris exponitur.

CAP. XII.

QVAMVIS litteræ istius gloriosissimi Nominis יהוה quoad numerum quatuor sint, in veritate tamen non sunt nisi tres י.ה.ו. iod, he, vau, ex eo quod lr̃a ה he bis ponitur secundo, et quarto loco, et sic quatuor esse censentur, sed realiter tres lr̃æ sunt indifferentes י.ה.ו. ad designandam diuinarum personarum Trinitatem, atq; diuinæ essentiæ vnitatem, quia tres sunt, qui testimonium dant in Cælo, Pater, Filius, et Spiritus sáctus et hi tres vnum sunt, idest, vnus Deus Deorum יהוה. Et in quatuor alphabetis, nempe Hebraico, Arabico, Græco, et Latino comprehenduntur omnia genera linguarum, et eorum lr̃is, atq; characteribus scribũtur, atq; proferũtur omnes linguæ orbis terrarum: ac deniq; ex quatuor angulis terræ hoc gloriosum Dei Nomen Τετραγραμματον יהוה quatuor, et tribus lr̃is exponitur: ut in sequẽti pagina apparet.

Italicè	Idio.
Germanice	Gott.
Gallicè	Dieu.
Hispanicè	Dios.
Lusitanicè	Deos.
Anglicè	God.
Hungaricè	Istn.
Polonicè	Bogh.
Bohemice	Buoh.
Britañicè	Dóuë.
Cantabricè	Iaun.
Sardinice	Deu.
Transiluanice	Attia.
Hibernicè	Dia.

DOMINVS — Dominus, Oĩpotens, Maximus, Iustus, Notus, Vnicus, Sẽpiternus

DEORVM — Dñator, Exauditor, Optimus, Rectus, Viuus, Misericors

A יי Ω

יהוה

יה

DEVS — Infinitus, Aeternus, Excelsus, Vnus, Verus, Solus, Egosum

ΘΕΟΣ	Græcè	Theos.
الله	Arabicè	Ælah.
الله	Turcicè	Allah.
خدا	Persicè	Koda.
Աստուած	Armenicè	Asduaz
ܐܠܗܐ	Chaldaice	Aloho.
[illegible]	Indianicè	Tento.
ƕΛN	Gotticè	Fan.
Taιo	Aegyptiace	Taio.
[illegible]	Aethiopice	Ogzia.
[illegible]	Moricè	Amlaa
Bωra	Sclauonice	Boga.
Nuur	Vallicè	Nuur.
[illegible]	Armeni	Tear.

Prisci Patres Hebræorum vndè quædam duo et septuaginta attributa Dei Nomina extraxerunt.

CAP. XIII.

DVO et septuaginta attributa Dei Nomina iuxtà Galatinum de'arcanis catholicæ veritatis, formantur Exod. 14. in verbis sequentibus. Tollensque se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abijt post eos, et cum eo pariter columna nubis, priora dimittẽs post tergum, stetit inter castra Aegyptiorum, et castra Israel, et erat nubes tenebrosa, et illuminans noctem, ita ut ad se inuicem toto noctis tempore accedere non ualeret. Cumq; extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dñs stante vento vehementi, et vrente tota nocte, et uertit in siccum, diuisaq; est aqua. Quæ quidem verborũ series apud priscos Pr̃es in tres versus distinguitur, quorũ quilibet duabus et septuaginta lr̃is constat, ex quibus duo et septuaginta attributa Dei Nomina, quæ sequuntur, extracta sunt, et vnũquodq; ipsorũ Dei Nominũ tribus cõficitur lr̃is, ad designãdã diuinarũ personarũ Trinitatẽ, atq; diuinæ essentiæ vnitatem: vt in sequenti circulo ostenditur.



De quibusdam alijs duobus et ſeptuaginta Dei Nominibus ſuis litteris concordantibus.

CAP. XIV.

DVO et ſeptuaginta attributa Dei Nomina primæ ſequentis paginæ extracta ſunt ex Pſalmo 69. Quoniam tu Dominus altißimus ſuper omnem terram, nimis exaltatus es ſuper omnes Deos: cuius verſiculus conſtat ex duabus, et ſeptuaginta litteris. Cætera duo et ſeptuaginta Dei Nomina, quæ ſequũtur ſecundæ ſequentis paginæ extracta ſunt ex Cantico Annæ. 1. Reg. 2. Non eſt Sanctus, ut eſt Dominus, neq; eſt alius extra te, non eſt fortis ſicut Deus noſter: cuius etiam verſiculus ex duabus et ſeptuaginta lr̃is conſtat: ut facilè numerari poßũt, et in ſeq̃tibus paginis apparent.

QVONIAM TV DOMINVS ALTISSIMVS

Quiſum
Verus
Omnipotens
Nouißimus
Infinitus
Adiutor
Maximus
Triũphator
Vnicus
Deprecabilis
Opportunus
Mundus
Iudex
Nobilis
Vnus
Sanctus
Amabilis
Laudabilis
Tremendus
Iuſtus
Saddai
Sufficiens
Inuocandus
Mitis
Veritas
Salus

SVPER

Strenuus
Viuificatur
Pater
Aeternus
Regnator

TERRAM

Timẽdus
Exaltãdus
Rector
Rectus
Aßiſtens
Multum

EXALTATVS ES

Excellens
Sempiternus
Adorandus
Longanimis
Terribilis
Arbiter
TV
Viuus
Sabaoth
Eximius
Sublimis

A ייי Ω

יהוה

יה

OMNEM

Oriens
Matutinus
Notißimus
Exauditor
Magnus

NIMIS

Noĩatus
Ineffabilis
Magnificus
Imẽnſus
Sapiens

SVPER OMNES DEOS.

Sanctitas
Verax
Perfectus
Excelſus
Redemptor
Optimus
Miſerator
Nobilißimus
Exaltator
Sanctißimus
Dilectißimus
Expectandus
Operator
Solus ſuquiſũ.

NON EST SANCTVS VT EST DOMINVS

Nomen
Operatoris
Numinis
Es tu qui es
Sabaoth
Triumphator
Sanctissimus
Adonai
Noster
Creator
Trinus et
Vnus
Solus
Victor
Terribilis
Excelsus
Strenuus
Tu es qui es
Dominus
Optimus
Maximus
Iustificator
Notissimus
Viuificator
Sublimis

NEQVE EST ALIVS

Nouissimus
Exauditor
Quesitus
Vnicus
Egregius
Ens
Sapiens
Turris
Auxiliator
Lõganimis
Iudex iustus
Verus
Saluator

EXTRA TE

Erector
Sufficiẽs
Tremẽdus
Reuelator
Altissimus
Tu es
El fortis

NON EST

Notus
Omnipotẽs
Noĩatus
Elohim
Sẽpiternus
Tu qui es et

A Ω
י י י
יהוה
יה

FORTIS SICVT DEVS NOSTER

Fortissimus
Oriens
Regnator
Trinus vnus
Infinitus
Subleuator
Sãctus factor
Iah יה
Conditor
Vniuersalis
Tu qui es
DEVS
Est qui est
Veritas et
Salus
Nobilis
Omega et
Sũmum bonũ
Tu clemens
Exaltãdus
Rex regũ es.

1	Dominus.	:אֲדֹנָי	Κύριος.
2	Fortis.	:אֵל	Ἰσχυρός.
3	Arbiter.	:אֱלוֹהַּ	Δικαστής.
4	DEVS.	:אֱלֹהִים	ΘΕΟΣ.
5	Herus.	:אָדוֹן	Δεσπότης.
6	IAH.	:יָהּ	ΙΑΩ.
7	Sum.	:אֶהְיֶה	Εἰμι ὁ ὬΝ.
8	Ipse.	:הוּא	Αὐτός.
9	Vnus.	:אֶחָד	Εἷς.
10	Excelsus.	:עֶלְיוֹן	Ὕψιστος.
11	Virtutes.	:צְבָאוֹת	Δυνάμεις.
12	Sufficiens.	:שַׁדַּי	ΑΥΤΑΡκης.
13	Pater.	:אָב	ΠΑΤΗΡ.
14	Sanctus.	:קָדוֹשׁ	Ἅγιος.
15	Strenuus.	:גִּבּוֹר	Κραταιός.
16	Antiquus.	:קַדְמוֹן	Ἀρχαῖος.
17	Primus.	:רִאשׁוֹן	Πρῶτος.
18	Nouissimus.	:אַחֲרוֹן	Ἔσχατος.

19	Sēpiternus.	נִצְחִי :	Ἀθάνατος.
20	Principium	רֵאשִׁית :	ἈΡΧΗ.
21	Finis.	תַּכְלִית :	ΤΈΛΟΣ.
22	Mirabilis.	אַדִּיר :	Θαυμαστὸς.
23	Amabilis.	אָהוּב :	Ἀγαπητὸς.
24	Robuſtus.	אַבִּיר :	Ῥωμαλέος.
25	Benedictus.	בָּרוּךְ :	Εὐλογημένος.
26	Creator.	בּוֹרֵא :	Κτίστης.
27	Magnificus.	גֵּאֶה :	Μεγαλοπρεπής.
28	Maximus.	גָּדוֹל :	ΜΈΓΙΣΤΟΣ.
29	Verbum.	דָּבָר :	ΛΌΓΟΣ.
30	Electus.	דָּגוּל :	Ἐκλελογισμένος.
31	Glorioſus.	הָדוּר :	Ἔνδοξος.
32	Gloria.	הוֹד :	ΔΌΞΑ.
33	Purus.	זַךְ :	Ἁγνὸς.
34	Viuus.	חַי :	Ζωὸς.
35	Sapiens.	חָכָם :	Σοφὸς.
36	Benignus.	חָסִיד :	Ὅσιος.

37	Mundus.	טָהוֹר :	Καθαρὸς.
38	Optimus.	טוֹב :	Ἄριστος.
39	Dilectus.	יָדִיד :	Ἠγαπημένος.
40	Pretioſus.	יָקִיר :	Ἔντιμος.
41	Rectus.	יָשָׁר :	Ὀρθὸς.
42	Celebris.	כָּבֵד :	Εὐκλεής.
43	Perfectus.	כָּלִיל :	Τέλειος.
44	Potens.	כַּבִּיר :	Ἄλκιμος.
45	Rex.	מֶלֶךְ :	Βασιλεύς.
46	Saluator.	מוֹשִׁיעַ :	ΣΩΤῊΡ.
47	Sublimis.	מָרוֹם :	Μετέωρος.
48	Miſerator.	חַנּוּן :	Ἐλεήμων.
49	Liberator.	מְפַלֵּט :	Ῥύστης.
50	Redēptor.	גּוֹאֵל :	Λυτρωτής.
51	Stabilis.	נֶאֱמָן :	Βέβαιος.
52	Ineffabilis.	נִפְלָא :	Ἄῤῥητος.
53	Honorabilis.	נֶהְדָּר :	Τίμιος.
54	Terribilis.	נוֹרָא :	Φοβερός.

55	Petra.	צוּר :	Πέτρα.
56	Iustus.	צַדִּיק :	Δίκαιος.
57	Misericors.	רַחוּם :	Οἰκτίρμων.
58	Altissimus.	רוּם :	Ὑψηλὸς.
59	Princeps.	שַׂר :	Ἄρχων.
60	Integer.	תָּם :	Ἀκέραιος.
61	Mitissimus.	עָנָו :	Πρᾳότατος.
62	Laudabilis.	מְהֻלָּל :	Αἰνετὸς.
63	Beatus.	שָׁלֵו :	Ὄλβιος.
64	Pastor.	רֹעֶה :	Ποιμὴν.
65	Triũphator.	מְנַצֵּחַ :	Θριαμβευτής.
66	Iudex.	שׁוֹפֵט :	Κριτὴς.
67	Protector.	מָגֵן :	Σκεπαστὴς.
68	Adiutor.	עוֹזֵר :	Βοηθὸς.
69	Spes.	תִּקְוָה :	Ἐλπίς.
70	Fides.	אֱמוּנָה :	Πίστις.
71	Charitas.	אַהֲבָה :	ἈΓΑΠΗ.
72	Veritas.	אֱמֶת :	ἈΛΗΘΕΙΑ.

Quomodo Deus Nomen suum gloriosum
יהוה in monte Sinai manifestauit.

CAP. XV.

DIXIT Moyses ad Deum; ecce ego
vadam ad filios Israel, et dicam eis; Deus
Patrum uestrorum misit me ad uos: si dixerint mi-
hi; quod est Nomen eius? quid dicam eis? Dixit
Deus ad Moysen; Ego sum, qui sum: זה שמי
לְעוֹלָם יהוה idest, hoc Nomen meum in æternum:
et לְעוֹלָם sine littera ו vau, nempe לעלם ad occul-
tandum sonat, propter quod præceperunt priscipa-
tres, quod hoc magnum Nomen יהוה non ostende-
retur nisi admodum digno, humili, non iracundo,
non ebrioso, sed viro pacifico: et hoc est unicum
Dei Nomen, ex quo procedunt cætera alia diui-
na Nomina. Hinc est, quod apparuit Domi-
nus Moysi, ut habetur Exod. 3. in flamma
ignis de medio rubi: ut facile ex sequenti fi-
gura conijci potest.



CAP. XVI.

Ex iisdem quatuor litteris יהוה duodecim alia Dei Nomina eamdem rem significantia, componuntur.

IN hoc ineffabili magno Nomine est valdè admirabile, quòd eius lrē quātumcunque hinc indè peruertātur; semper unā, eandemq; rem significant, videlicet, esse, ac essentiā Dei, qui dixit, Ego Τετραγράμματον, et non mutor. Et hoc gloriosum Nomen Τετραγράμματον יהוה resoluitur in duodecim variationes, et nulli alij, nisi essentiæ diuinæ deseruiet: et duodecim ista Nomina unum Nomen censentur, tanquam unius rei significatiuum, idest, unus Deorum Deus Τετραγράμματον יהוה: ut facilè uidere est in pagina aduersa.



Ex quatuor litteris huius ineffabilis Nominis יהוה duo et septuaginta Dei Noīa oriuntur.

CAP. XVII.

EX quatuor prælibatis litteris huius gloriosissimi ineffabilis Nominis יהוה componuntur alia duo & septuaginta Dei Nomina, et semper unam, & eandem rem significant, nempè esse, & essentiam Dei, quamuis eius quatuor litteræ hinc indè peruertantur, et transmutentur. Et duo et septuaginta Dei Nomina, quæ sequuntur, composita ex quatuor litteris istius sacratissimi maximi Nominis יהוה, unum Nomen apud Cabalistas censentur, idest, trinus, et unus Deus Deorum Τετραγραμματόν יהוה: ut in sequenti circulo ostenditur.



Ex numero quatuor lrarum huius magni Dei Nominis יהוה duo & septuaginta Nomina comprehendūtur.

CAP. XVIII.

CVM enim quælibet littera hebraica numerum peculiarem designet, oriuntur ex י iod, ה he, ו vau, ה he, duo & septuaginta, hoc modo: י iod notat decem, ה he quinque, ו vau sex, ה he iterum quinqꝫ; et sic colligitur י decem, י.ה quindecim, י.ה.ו viginti unum, י.ה.ו.ה uiginti sex. Comprehendite nunc singula, decem, quindecim, viginti unum, et viginti sex, et duo et septuaginta orientur: ut facile ex pagina aduersa deprehendere est.




Ex

Ex quatuor præfatis litteris יהוה etiam summa duorum & septuaginta comprehenditur.

CAP. XIX.


SI quatuor litteris huius gloriosissimi Nominis יהוה quater ׳ iod posueritis, sicque descendendo, ter ה he, bis ו vau, semel iterum ה he, mox vobis consurget duorum et septuaginta summa expositoria Nominis Dei inenarrabilis, et incomprehensibilis, ad quod omnia sacra Nomina referuntur: hæc autem duo et septuaginta dicuntur unum Nomen Symbolicum, eo quod intentio illorum sit, unum Deum optimum maximum Τετραγράμματον יהוה significare: ut in pagina aduersa ostenditur.



Quomodo Machabæi in hoc signo Τετραγράμματον ab Angelo ostenso victoriam reportabant.

CAP. XX.

IVDAS ab Angelo monitus dedit cõmilitonibus suis hoc nobile signum מ.כ.ב.י., ut se quatuor his litteris fortiter in pugna exhortarentur, promittens, quòd esset signum victoriæ Dei: quod Iudæorum milites animo læto sub eo signaculo ualide pugnantes, victoriam semper obtinebant: quo factum est, ut Princeps belli Iudas, sic antea dictus, deinceps ab omnibus Machabæi cognominaretur, eo quod hi quatuor characteres, seu lr̃æ מ.כ.ב.י. ita sonarent: affirmans ipse Iudas in hoc signo esse præsentiam ineffabilis omnipotentis Τετραγράμματον יהוה ostenditq; illa verba Moysis Exod. 15. dicentis: מי כמוך באלים יהוה idest, quis sicut tu in fortibus Τετραγράμματε? hi nanque quatuor characteres מ.כ.ב.י. diuini Nominis 72. comprehenduntur: ut in pagina aduersa facile intueri potest.



De duobus, & septuaginta Dei Nominibus, & Angelorum.

CAP. XXI.

ECCE ego mitto Angelum meum, Exod. 23.
usq; et est Nomen meum in illo: per quod cogno-
scimus, Nomen Angeli optimo ritu comprehendere
Dei Nomen quandoq; debere. Et in diuisione maris,
et liberatione Filiorum Israel, certum est, duas ibidē
fuisse columnas, nubis, et ignis; quibus duo præpositi —
erant Angeli: quare non inaniter veteri Patres affir-
mant in eiusmodi diuisione maris accessisse Moysi 70.
orbis terrarum Angelos cum duobus præsidibus, ut iu-
re optimo 72. numerentur. Hi sunt ergo Angeli for-
tes uniuersæ terræ; per quos putatur Moyses mare
usq; ad siccum diuisisse; et diuisit Deus linguas or-
bis terrarum iuxta numerum Angelorum eius. Sūt
itaq; 72. Nomina sacra, quod unū שם המפורש
sem hammephoras, idest, sanctissimi Τετραγράμμα-
τον Nomen expositorium dicitur, per inuocationem
Angelorum a deuotis hominibus in quatuor choris
decies et octies sic enuncianda iuxta numerum 72.
Angelorum: ut apparent in pagina aduersa.

1 והו · 2 ילי · 3 סיט · 4 עלם
5 מהש · 6 ללה · 7 אכא · 8 כהת
9 הזי · 10 אלד · 11 לאו · 12 ההע
13 יזל · 14 מבה · 15 הרי · 16 הקם
17 לאו · 18 כלי · 19 לוו · 20 פהל
21 נלך · 22 ייי · 23 מלה · 24 חהו
25 נתה · 26 האא · 27 ירת · 28 שאה
29 ריי · 30 אום · 31 לכב · 32 ושר
33 יהו · 34 להה · 35 כוק · 36 מנד
37 אני · 38 חעם · 39 רהע · 40 ייז
41 ההה · 42 מיך · 43 וול · 44 ילה
45 סאל · 46 ערי · 47 עשל · 48 מיה
49 והו · 50 דני · 51 החש · 52 עמם
53 ננא · 54 נית · 55 מבה · 56 פוי
57 נמם · 58 ייל · 59 הרח · 60 מצר
61 ומב · 62 יהה · 63 ענו · 64 מחי
65 דמב · 66 מנק · 67 איע · 68 חבו
69 ראה · 70 יבמ · 71 היי · 72 מום

DEVS DEORVM ET DOMINVS ANGELORVM ✠
יהוה

Quòd ab operibus Nomina Angelorum cognoſcuntur.

CAP. XXII.

AB operibus Angelos cognoſcimus, et pro eiſdem virtutum operibus, nomina pariter pronũciamus, vt à medicina Raphael, et à uirilitate Gabriel, à ſtupore, et admiratione Michael, et in ſuperiori capitulo conſtat, duos et ſeptuaginta fuiſſe Angelos, qui ad tãtum, et tam admirãdũ Moysi opus cõcurrerẽt, cũ aquas maris ita diuiderẽt, ut Iſraelitæ ſiccis pedibus transirent: Et in eiusmodi ſectione maris, et liberatione filiorũ Iſrael in duas illas columnas nubis, et ignis ויסע מלאך האלהים idest, migrauit Angelus Angelorum. Et Cabalæi cum nomen Angeli cuiusuis ſignificatiuè pronũciare nequiuerĩt; ſubſidio alicuius Nominis Dei, præſertim Nominis Dei אל El, quod illi adiungũt, totũ ſimul proferre consueuerũt: ut Michael, Gabriel, Raphael, Vriel, Raziel, Iophiel, ZadKiel, Peliel, Malthiel, et ſimiles, nẽpe Angeli, Archangeli, Throni, et Dñationes, Prĩcipatus, et Poteſtates, Virtutes Cælorũ, Cherubim, atq; Seraphim, iuxta Iſaiam. 6. in Cælo clamãtes Sanctus, Sãctus, Sãctus Dñs Deus exercituũ יהוה in nouẽ choros diſtributi: ut in pagina aduerſa oſtenditur.



Turris fortißima Nomen Domini Τετραγράμματον יהוה antè faciem inimicorum.

CAP. XXIII.

PRISCI secretiores Hebræorum Patres litteras magni Nominis יהוה in formam Turris variè conscribere consueuere ex illo Prouerb. 18. Turris fortißima Nomen Domini יהוה ad ipsam currit iustus, et saluabitur. Et in unaquaque fabrica numerum 72. mirificè includere soliti fuere, vel per litteras, vel per litterarum valorem, uel deniquè per reiterationem ipsius gloriosißimi magni Nominis: ut facilè in pagina aduersa videri potest.



Prisci Patres Hebræorum his quatuor
litteris יהוה in benedictionibus
vtebantur.

CAP. XXIV.

LOCVTVS est Dominus ad Moysen, dicens, ut habetur Num. 6. Loquere Aaron, et Filijs eius; sic benedicetis Filijs Israel, et dicetis eis. Benedicat te Sanctus benedictus ipse הוא et custodiat te: Ostendat Sanctus benedictus et ipse והו faciem suam tibi, et misereatur tui: Conuertat Sanctus benedictus ipse יה faciem suam ad te, et ponat tibi pacẽ, quia ipse, et ipse solus est, qui est, quoniam ea, quæ sũt, et ea, quæ non sunt ex ipso sunt, et post ipsum sunt, et est supra omnẽ ens, a quo emanat quicquid est: et antequam essent creaturæ, nihil erat, nisi Deus et Nomen eius Τετραγράμματον יהוה et sapientia eius: et in hoc gloriosissimo Dei Nomine populus afflictus est benedicendus: ut ex sequenti forma colligitur.



Solus trinus vnus est Nomen Domini
Τετραγράμματον יהוה

CAP. XXV.

VIDETE, quòd ego sim solus, et non sit alius Deus præter me; Deuter. 32. et hebraicè sic habetur; ראו עתה כי אני אני הוא ואין אלהים עמדי idest, videte nunc, quia ego, ego, ipse, et non sũt Dij mecum: vbi apud Hebræos hæc tria ponuntur nomina, quæ apud eos diuina sunt; אני אני הוא Ani, Ani, Hu: quæ ego, ego, ipse apud nos interpretantur. Quid igitur ibi per tria hæc diuina nomina, nisi trium diuinarum personarum pluralitas, ac distinctio designatur? Et quid per illud, quod ibidem immediatè subijcitur, & non sunt Dij mecum, insinuatur, nisi quòd tres illæ diuinæ hypostases per tria illa diuina

uina nomina designatæ, non ſunt tres Dij,
ſed vnus Deus? Nam etſi tota diuina eſſen-
tia ſit in Patre, tota in Filio, tota in Spiritu
ſancto: quum Pater ſit verus, & perfectus De-
us, a quo omnia, et Filius verus, et perfectus
Deus, per quem omnia, et Spiritus ſanctus
uerus, & perfectus Deus, in quo omnia:
quia tamen ipsa diuina natura vna omni-
no eſt in tribus; ideo Pater, et Filius, et Spiri-
tus ſanctus non ſunt tres Dij, ſed unus De-
us, qui fecit omnia, et a quo, per quem, et in
quo omnia proueniunt, ſubsiſtunt, et uiui-
ficantur, et ad quem tandem omnia reducun-
tur. Trinus eſt ergo in perſonis, et vnus
in ſubſtantia; trinus perſonaliter, et unus
eſſentialiter: vt facile in ſequenti pagina
videre eſt.



Ipſe Deus eſt Nomen ſuum Τετραγράμματον יהוה

CAP. XXVI.

PRISCI Hebræorum Patres noluerunt hoc magnum, et glorioſum Nomen יהוה cuiquã mortali oſtendere, niſi admodum digno, humili, et ei, qui ſtat in dimidio dierum ſuorum, non iracundo, non ebrioſo, non prauis moribus fœdato, ſed viro pacifico, et ei, qui ſuauiter loquatur cum creaturis, et qui cuſtodiat illud cum munditia: quia iuxta Pſalmum 82. Tu Deus es Nomen tuum Τετραγράμματον ſolum tibi ſupremum ſuper omnem terram: et Nomen Dei eſt ipſe Deus, Iſaiæ 44. quis fuit mecum? Nomen meum unà mecum: ego Deus facio omnia, extendo Cœlos per me, ſterno terram per eum, qui mecum eſt, ideſt, Filius. Et ſimul Genes. 1. dixerunt, ויאמר אלהים נעשה אדם בצלמנו כדמותינו hoc eſt, faciamus hominem ad imaginem noſtram, tanquam ſimilitudinem noſtram: ut in ſequenti figura apparet.



EGO AVTEM IN DOMINO GAVDEBO

Ego sũ Iesus
Gloriosus
Omnipotens
Altißimus
Vnus
Trinus
Elohim
Maximus
Iudex
Nouißimus
Deprecabilis
Origo
Misericordia
Iustitia
Nominatus
Otheos
Genitor
Auxiliator
Verus
Dominus
Eloha
Benedictus
Opifex

ET EXVLTABO IN

El fortis
Terribilis
Elion
Xpus
Vnicus
Liberator
Timendus
Adiutor
Benignus
Operator
Immensus
Nitidus

DEO IESV MEO

Doctor
Egregius
Obseruãdus
Ineffabilis
Exaltator
Viuens
Excelsus
IESVS
Emãnuel
Saluator
Vnigenitus
Medicus
Eximius
Optimus

DEVS DOMINVS FORTITVDO MEA.

Desideratus
Excellens
Veritas
Salus
Dominator
O Saddai
Misericors
Iustus
Notus
Viuificator
Sabaoth
Fortitudo
O Adonai
Redemptor
Triumphator
Infinitus
Tremendus
Venturus
DEVS
Omnia
Maiestas
Ehie
Alpha, omega.

A Ω

IHS

Quod Nomina ישו ומרים Iesu, et Mariæ ratione arithmetica ascendunt ad numerum ברית berith.

CAP. XXVIII.

MAXIMVM arcanum fuit illud, quod Deus reuelauit Moysi Deut. 31. dicens; Ecce tu dormies cum Patribus tuis, et consurget populus iste, et fornicabitur post Deos alienos terræ, et derelinquent me, et irrita facient præcepta mea, idest, 612. præceptorum, quæ reperiuntur in lege Moysi, et ברית berith meum, idest, fœdus, et pactum meum: et hæc dictio ברית berith ratione arithmetica 612. continet: nam ב beth duo importat, ר res 200. י iod decem, et ת thau 400. igitur ברית berith 612. continet: et Nomina Iesu, et Mariæ eumdem numerum continent, quem ipsa dictio ברית berith: nam ישו Iesu ratione arithmetica י iod continet decẽ, ש sin 300. ו vau 6. et sic ישו Iesu continet 316. ומרים et Mariæ ו vau continet 6. מ. mem 40.

ר res

ר res 200. י iod decem, ם mem 40. et sic ומרים
et Maria 296. continet. Quare ישו ומרים
Iesu, et Maria 612. continent, hoc est, numerū
ברית berith 612. cuius quidem numeri mentio
fit non vulgaris in Cabala, quæ quotiescunque
huõi numeros nancisci potest, eos plurimi facit,
eisque non mediocrem adhibet fidem. Et Deut.
33. Nisi pactum meum esset diem, ac noctem,
leges Cælo, et Terræ non posuissem, id est, nisi
amore mei Iesu, et Mariæ diem, ac noctem,
leges Cælo, & Terræ non posuissem, hoc est, mū-
dum non creassem: qua ratione arithmetica
ישו ומרים Iesu, et Maria ascendunt ad
numerum ברית berith: ut in sequenti pagi-
na clare clarius videri potest.



In virga Moysi erat absconditum hoc magnum Dei Nomen Τετραγράμματον יהוה

CAP. XXIX.

RABBI Haccados, quem prisci Patres magistrum nostrum sanctum vocant, asserit, virgam Moysi excissam fuisse ab arbore vitæ, quæ in Paradiso sita erat Angelorum manibus. Et cum misisset Adā filium suum Seth in Paradisum Dei misericordiam imploraturum; Angeli dixerunt ei, ut plantaret hanc virgam, seu ramum, quæ quamprimum fructum faceret, misericordia Dei in eum descenderet, aperirenturq; portæ Cæli, quæ obseratæ sunt. Accepit ergo Seth hanc virgam, & plantauit in deserto, quam

postea

postea Moyses inuenit, & ex ea arbore virgam suam excidit, in qua erat absconditum hoc gloriosissimum, et magnum Dei Nomen יהוה: et hæc est illa virga, in qua Moyses miracula faciebat in terra Aegypti, et postea in deserto floruit, gemmasque edidit; quam Deus ostendit Moysi, ut aquas amaras redderet dulces, et in ea tandem mundi salutem operatus est Christus: ut in sequenti signo ostenditur.



In signo ת thau potentia gloriosissimi Nominis יהוה continebatur.

CAP. XXX.

TRANSI per mediam Ciuitatem in medio Hierusalem, dixit Deus Angelo percutienti, Ezech. 9. et signa ת thau super frontium virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius: & percute senem, adolescentulum, & virginem, paruulumque, ac mulieres interficite; omnem autem super quem uideritis ת thau, ne occidatis. Littera ת thau est finis omnium litterarum Hebraicarum, et א aleph prima; Isaiæ 44. Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus. Et

Apocalips. 1. Egoſum A. et Ω. principiũ, et finis. Et in primordio mundi littera ת thau hæc erat T, et crucis ſpeciem tenet, et in eo ſigno continebatur potentia glorioſiſsimi Nominis יהוה: in quo Machabæi in Iudæos, Antiochus in Græcos, Conſtantinus Imperator tot insignes uictorias adepti ſunt; etiam tu Chriſtianiſsime, ac inuictiſsime Cæſar in hoc ſequenti ſigno ת thau et glorioſiſsimi Nominis יהוה contra Turcas pugna, vince, & impera.



Angeli ex quatuor angulis terræ inuitant Creaturas ad laudem altißimi Creatoris יהוה

CAP. XXXI.

NOVEM ordines Angelorum sunt, et quilibet ordo suas legiones habet; legio autem habet 6666. vnitates, tot autem in singulis ordinibus sunt legiones, quot in legione sunt vnitates. Et in omnibus nominibus Angelorum (quæ quidem non sũt nomina nisi officij, seu ministerij vniuscuiusque) adiungitur (ut supra fuit insinuatum) Nomen Dei אל El, per quod videre est, ipsos, ministerium, officium, ac potestatem habere ab altißimo Τετραγράμματον יהוה. Nomina uerò Angelorum dominã-

tium

tium quatuor plagis mundi, sunt, quæ sequũtur; קדמיאל Cadmiel præsidens Orienti, ab hebræo קדם Chedem, Oriens; אוריאל Vriel, præsidens Occidenti, à persico vocabulo אוריא Vria Occidens; דרומיאל Daromiel præsidens Meridiei, ab hebræo דרום Darom Meridies; צפוניאל Tsephoniel præsidẽs Septentrioni, ab hebræo צפון Tsaphon, Aquilo, Septentrio. Hos quatuor Angelos vidit Ioannes Apocalip. 7. stantes super quatuor angulos terræ, clamantes, et dicentes; venite adoremus Dominum Deum Τετραγράμματον יהוה: ut in pagina aduersa conspicitur.

Oriens. Meridies.

HOC NOMEN MEVM IN AETERNVM.

ΣΩΤΗΡ. ΘΕΟΣ. ΑΓΙΟΣ.
ΠΑΤΗΡ. ΛΟΓΟΣ.
ΙΑΩ. ΔΟΞΑ.
Α.Ω. ΩΝ.

IDIO. DEV. DIEV.
DIOS. GOTT.
BOGH. ABVOH.
ISTN. CUDOVE.

Septentrio. Occidens.

LAVDES

Gloriosissimi, ac ineffabilis Nominis Tetragrammaton יהוה ad implorandum diuinum auxilium contra hostes, inimicos, ac persecutores Catholicæ Fidei.

AVCTORE

F. Chrysostomo à Capranica Ordinis Minorum de Obseruantia Romanæ Prouinciæ.

Omnes Psalmi respondent suis litteris, & in fine cuiuslibet Psalmi dicitur Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in princ. &c.

Aña. Mihi aduocatum aßumo No-
men maiestatis, ac gloriæ tuæ Domine
Deus Deorum Τετραγράμματον,
quod indignus sum scire, nominare, et
coniunctionem syllabarum pronun-
ciare, sed tantum audeo diuisionem
litterarum personare י ה ו ה



Et propter gloriam ipsius sanctißimi
Nominis tui libera nos ab inimicis nostris,
et propitius esto peccatis nostris propter
Nomen sanctum tuum.

Exod. 3. יהוה Deus Deorũ Dñus locutus est, et di-
xit, Ego sum, qui sum, Deus Abrahã, Deus Isa-
ac, Deus Iacob: hoc Nomẽ mihi est in æternũ, et
memoriale meum in generationẽ, et gñonem.
Isaiæ 42. Et ipse Dominus Deus Deorum יהוה
sicut fortis egredietur, et sicut vir præliator
suscitabit zelum; vociferabitur, et clamabit,
super inimicos suos confortabitur.
45. Vt scias, quia Ego ipse sum, qui sum, ante te
ibo, et gloriosos terræ humiliabo, portas æreas
cõteram, et vectes ferreos confrigã, et dabo tibi
thesauros absconditos, et arcana secretorum.
43. Et cum transieris per aquas, tecum ero, et flu-
mina non operient te: cum ambulaueris in igne,
non combureris, et flamma non ardebit in te, ait
Dominus Deus Deorum יהוה
Gloria Patri, et Filio &c.

Alla

الله Alla Dñé Deus Deorum יהוה Psal. 78
propter gloriam Nominis tui libera nos ab inimi-
cis nostris, & propitius esto peccatis nostris pro-
pter Nomen sanctum tuum.
Libera nos יה Iah Deus Deorum יהוה 36.
quoniam gladium euaginauerunt peccatores,
intenderunt arcum suum, vt deijciant pauperem,
et inopem, vt trucident rectos cordé.
Linguas suas inimici tui Dominé acuerunt 139.
sicut serpentes, et Principes eorum conuenerũt
in vnum aduersus populum tuum, quem ele-
gisti in hereditatem tuam.
Adiutor fortis אל El, Deus Deorum 36.
יהוה conuerté gladium eorum, ut intret
in corda ipsorum, et arcus eorum confrin-
gatur, et incidant in foueam, quam fecerunt. 7.
Gloria Patri &c.

ΘΕΟΣ

Ierem. 14. ΘΕΟΣ Tu autem in nobis es Dominé
Deus Deorum יהוה et Nomen sanctum tu-
um inuocatum est super nos, né derelinquas
nos Dominé Deus noster.
17. Et confundantur, qui mé persequuntur, &
non confundar ego, paueant illi, et non paueam
ego: induc super eos diem afflictionis, et duplici
contritioné conteré eos Dominé Deus noster.
17. Omnes, qui té derelinquunt Dominé Deus
Deorum יהוה confundantur: recedentes à té
in terra scribentur, quoniam dereliquerunt ue-
nam aquarum viuentium Dominum.
Sabaoth צבאות exercituum Deus Deorũ
11. יהוה qui iudicas iusté, et probas renes, et corda,
videam ultionem tuam ex eis; tibi enim reue-
laui causam meam Dominé Deus meus.
Gloria Patri &c.

Deus

Deus Deorum יהוה eripé mé ab homi= Psa 134
né malo, á viro iniquo eripé mé, qui cogita=
uerunt ſupplantaré greßus meos, abſconde=
runt ſuperbi laqueum mihi.
Deus Deus ſalutis meæ, eripé mé dé ini= 58.
micis meis Deus meus, et ab inſurgentibus
in mé libera mé, et eripé mé dé operantibus
iniquitatem, et a uiris ſanguinū ſalua mé.
Deus, Deus, Deus meus eripé mé dé manu 30.
inimicorum meorum, et á perſequentibus me,
et eripé animam meam ab impio, frameam tu= 16.
am ab inimicis manus tuæ.
Deus, Deus, Deus, Deus Deorū יהוה 17.
eripé mé dé inimicis meis fortißimis, et ab ijs, qui ode=
runt mé, et educ dé tribulationé animam meam, 14-4
et in miſericordia tua diſperdé oēs inimicos meos.
Gloria Patri &c.

Exurge

Psal. 73. Exurgé אלהים Elohim, iudex iu=
ſté Dominé Deus Deorum יהוה et iudica
cauſam tuam, memor eſto improperiorū tuo=
rum eorū, quæ ab inſipiēte ſunt tota dié.
Exurgé עליון Elion, excelſé Domi=
né Deus Deorum יהוה et né obliuiſcaris
voces inimicorum tuorum, et ſuperbia eorū,
qui té oderunt, aſcendit ſemper.
Exurgé אל El, fortißimé Deus Deo=
rum יהוה et né tradas beſtijs animas con=
fitentes tibi, et animas pauperum tuorum
né obliuiſcaris in finem.
Exurgé אדני Adonai Dñé Deus De=
orum יהוה et á furoré inimicorū meorū eri=
31. pé animā meā; et in camo, et freno Dñé maxil=
las eorū cōſtringé, ut non approximēt ad nos.
Gloria Patri &c.

Vsque=

Vsquequo' peccatores Dñe Deus Deorum Psal. 93.
יהוה usquequo' peccatores gloriabuntur? po-
pulum tuum Domine' humiliauerunt, et hæ-
reditatem tuam uexauerunt.
Vsquequo' שדי **S**addai, qui sufficiens es 12.
Dñe Deus Deorum יהוה exaltabitur ini-
micus meus super me? exaltare' Dñe', qui iudi-
cas terram, redde' retributionem superbis.
Vsquequo' אלוה **E**loha Dñe Deus Deorũ 88.
יהוה conculcabunt me' inimici mei tota die?
intende' in adiutorium meum, et in brachio vir-
tutis tuæ disperde' omnes inimicos meos.
Vultus autem Dñi super facientes mala, ut per- 33.
dat de terra memoriam eorum, et reddat illis
Dominus iniquitatem ipsorum, et in malitia eorũ
disperdat eos Dominus Deus noster.
Gloria Patri &c.

Sabaoth

Psal. 68. **S**abaoth צבאות exercituum Deus Deo-
rum יהוה saluum me' fac, quoniam intraue-
runt aquæ' vsq; ad animam meam: infixus sũ
in limo profundi, & non est substantia.
Sanctus ipse' הוא **H**u Deus Deorũ יהוה
libera me' ab ijs, qui oderunt me, et de' profundis
aquarum, ne' me demergat tempestas aquæ, neq;
absorbeat me' profundum.
Sanctus et ipse' והו **V**ehu Deus Deorũ יהוה
illustra faciem tuam super seruum tuum, saluũ
30. me' fac in misericordia tua: Domine' non con-
fundar, quoniam inuocaui te'.
85. **S**um, qui sum Deus Deorum יהוה fac me-
cum signum in bonum, vt videant, qui oderũt
me', & confundantur, quoniam tu Domine'
adiuuisti me', & consolatus es me'.
Gloria Patri &c.

Aña.

Aña. Mihi aduocatum aßumo Nomen maiestatis, ac gloriæ tuæ Dñe Deus Deorum Τετραγράμματον, quod indignus sum scire, nominare, & coniunctionem syllabarum pronunciare, sed tantùm audeo diuisionem litterarum personare י ה ו ה



Capitulum.

Turris fortißima Nomen Dei Deorum יהוה ad ipsam currit iustus, et saluabitur, et quicunque deuote, ac fideliter inuocauerit illud, saluus erit, & contra hostes, et inimicos suos victoriam reportabit. Pro. 18.

Hymnus

Hymnus gloriosißimi Nominis יהוה Alij) ΘΕΟΣ, et Deus per eorũ lr̃as alphabeticas.

I mmensum decuit Nomen amabil I
I ndignum licet hoc) carmine Numin I
I nscriptum merito, perbene prosequ I
I n quo vita Soli, et Pol I
E lecti o Superum, queis sacra cerner E
E xcelsum Domini vis data, pergit E
E ructare Dei Nomina music E
E xcelsum sine tempor E
V ltra quamue labor maximus id di V
V el poßint calamis exprimere, aut man V
V ires ingenij, his Nominibus ΘΕΟ V
V irtus plus erit ambit V
E lohim cunctũm conditor optim E
E xistis, Superũm, et tu decus inclyt E
E lohim, ac hominum Rector יהוה E
E s Numen memorabil E

Alla

A

Illa tu es יהוה ens superenti
nullo veniens mens πρωτο, et ultim
Auctor principij, et finis, et aduen
A c tandem alpha etiam omeg A

L

aus Alla, hoc etenim dulcius est nihi
aus Agla, hoc etiam sanctius est nihi
aus Saddai, simul hoc maius est nihi
L aus illi, sinè eo est nihi L

L

aus illi, quod idem est lux, pariterq; So
aus illi, quod idem est lex, sapor, atq; sa
aus illi, quod idem est; es Iubar, atq; me
L audes cantet ei vigi L

A

gla sanctè parens pectoris intim
gnoscens hominum, factaq; noxi
d visum referens, et retegens pi
A d vivum exprimis omni A.

Te'

I

T

e' Cæli resonans Curia predice
e' gens Christiadûm carminè persone
itan, nox, pelagus, Luna, dies cana
T ellus, teq; pium vocen T

E

E

ia blandisono dulcia guttur
ructare' Dei Nomina carmin
xaltare', volens pocula nectar
E xhaurire', potes ben E

O

magnum Saddai Nomen inest De

O

ĩis lingua Θεος garrula barbit
rnet, cumq; lyris, oreq; feruid
O mnis cumat in alue O

M

S

i culpa careat Nomen id aurei
culptum si litteris esset in omnibu
ecretis hominum cordibus, illiu
S olamen foret omnibu S.

Dicam

D E V S.

icam melliflue (quo cecinit Daui
D iuino יהוה iubila mille, quo
emulcens aĩos, corda, hoĩumq; se
D ico hæc יהוה gloriam a D
st hoc continuo' in gloria Nomin
E x quo cuncta fluunt optima Numin
rgo' restat huic cantica promer
E st dignus, quia maxim E
allum præsidij forte' homini esq; t
V exillum et spolij Dæmonis esq; t
itæ, et principium in morte, et in exit
V ictorum caput esque t V
oli sit יהוה gloria ab omnibu
S anctis, & Superis, omnibus Angeli
it laus, virtus, honor, sit quoq; ab inferi
S it tandem absq; fidelibu S.

D E V S.

℣. Adiutori-

T E "

℣. Adiutorium nostrum in Nomine' Do-
mini Dei Deorum יהוה
℟. Qui dixit, & facta sunt, mandauit,
et creata sunt.
Sequentes Psalmi respondent quatuordeci
lr̃is Τετραγράμματον, et quatuor lr̃is magni
Nominis יהוה ad implorandum diuinum
auxilium pro afflictis, et tribulatis.
Aña. Quoniam in me sperauit.
Psal. 21. Tu autem Deus Deorum יהוה ne elonga-
ueris auxilium tuum a' me, ad defensionem
meam aspice, quoniam tribulatio proxima
est, & non est, qui adiuuet.
Effuderunt enim inimici mei furorem suũ
in me', fremuerunt super me' dentibus suis,
cogitauerunt supplantare' gressus meos, ab-
sconderunt superbi laqueum mihi.

Tu

T E "

T P A T

Psal. 68

Tu scis improperium meum, et confusionem me-
am Dñe Deus Deorum יהוה quoniam quem tu
percußisti, persecuti sunt, & super dolorem vul=
nerum meorum addiderunt.

Respice in me, et miserere mei Domine Deus
Deorum יהוה quoniam in conspectu tuo sunt om=
nes, qui tribulant me: improperium expectauit
cor meum, & miseriam.

Amici mei, et proximi mei aduersum me ap=
propinquauerunt, et steterunt, et qui iuxta me
erant, de longe steterunt, et vim faciebant, qui
quærebant animam meam.

Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt No=
men sanctum tuum Domine, quoniam cum ira=
tus fueris, misericordiam facies, et in tempore
tribulationis peccata dimittis.

Recorda=

P A M M

Recordare Domine, quod steterim in conspe=
ctu tuo, vt loquerer pro eis bonum, et auerterē
indignationem tuam ab eis, tibi enim reuelaui
causam meam Domine Deus meus.

Attende Domine ad me, et audi voces aduer=
sariorum meorum: nunquid redditur pro bono
malum? sed intende animæ meæ, et libera eam,
propter inimicos meos eripe me.

Multiplicati sunt, qui tribulant me inimici mei,
exurge Domine, saluum me fac Deus meus, et ne
perdas cum impijs Deus animam meam, et cum
viris sanguinum vitam meam.

Magnus es tu Domine Deus Deorū יהוה
et magnum Nomen sanctum tuum, et non est ali=
us Deus omnipotens præter te, quoniam tu fla=
gellas, et saluas, deducis ad inferos, et reducis.

Adiuua

Adiuua me Domine Deus meus, quoniam opprobrium factus sum inimicis meis valdè, et omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me, et respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me.

O Domine Deus Deorum יהוה saluum me fac: o Domine bene prosperare, et sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt.

Noli Domine Deus Deorum יהוה esse mihi alienus, sed parce mihi in die mala, et confundantur, qui me persequuntur, et non confundar ego.

Aña. Quoniam in me sperauit, liberabo eũ, protegam eum, quoniam cognouit Nomẽ meũ.

In

In Dño Deo Deorum יהוה sperate omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vr̃a, Deus adiutor noster in æternũ, et nolite sperare in filijs hominum, in quibus non est salus.

Et vindictam retribuet Dominus in hostes eorũ, et propitius erit terræ populi sui, et lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Vt cognoscant omnes fines terræ, quia facit Dominus iudicium inopis, et vindictam pauperum, iustitiam, & iudicium omnibus iniuriam facientibus.

Et nolite sperare in Principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus: quia omnes homines sunt mendaces, & maledictus homo, qui sperat in homine.

Gloria Patri &c.

Preces.

Preces.

℣. Exurge Deus Deorum יהוה in ira tua.
℟. Et exaltare in finibus inimicorum meorum.
℣. Vsquequo Deus improperabit inimicus?
℟. Irritat aduersarius Nomen tuum in finem.
℣. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt.
℟. Et in Regna, quæ Nomen tuum non inuocauerunt.
℣. Imple facies eorum ignominia.
℟. Et quærent Nomen tuum Domine.
℣. Vt cognoscant, quia Nomen tibi Deus Deorum יהוה
℟. Tu solus altißimus in omni terra.

Oremus.

Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, trinus, et vnus Deus Deorum יהוה in quo, et à quo, et per quem facta sunt omnia: supra quem nihil, extra quem nihil, sine quo nihil, sub quo totũ, cum quo totum, in quo totum: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob da mihi indigno famulo tuo victoriam contra omnes aduersarios Ecclesiæ Sanctæ tuæ, vt non poßint nocere, neq; resistere, aut contradicere populo hæreditatis tuæ, sed conuertãtur retrorsum, & confundantur, & pereant, & fugiant, qui oderunt te à facie tua: et sicut dißipasti consilium Architophelis; ita Domine Deus noster frange, dißipa, confunde, dele, et destrue per misericordiam tuam omne consilium inimicorum nostrorum infidelium, qui in vnum conuenerunt aduersus Ecclesiam Sãctam tuam, et populum hæreditatis tuæ. Amen.

Litaniæ nouem Dei Nominum attributorũ magno, ac ineffabili Nomini יהוה Iehouah, nouem ad instar Chororum Angelicorum canentium Sanctus, Sanctus, Sanctus &c.

אדני Adonai Domine

אהיה Ehie, fui, sum, et ero

אלהים Elohim, Iudex iuste

אלוה Eloha, Domine

יה Iah Deus Deorum

אל El, Fortißime

עליון Elion, excelse

שדי Saddai, qui sufficienses

אגלא Agla tu potens in æternum

Deus Deorum



Deus Deorum

Propter gloriam ipsius sanctißimi Nõis tui libera nos ab inimicis nris.

Qui

Qui Moysi famulo tuo dixisti:

Ego sum, qui sum.

Qui iterum dixisti: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob.

Qui insuper per Isaiam dixisti: Ego sum, qui sum, et antè me non est formatus Deus.

Qui dixisti: Ego sum, Ego sum, qui deleo peccata tua propter me.

Qui dixisti: Ego sum primus, et Ego sum nouißimus.

Qui dixisti: Ego sum Dominus faciens oĩa.

Qui dixisti: Ego sum Redemptor tuus fortis Iacob.

Qui dixisti: Ego sum Dominus Deus, qui conturbo mare.

Qui dixisti: Ego sum Dominus Deus tuus, Sanctus Israel, Saluator tuus.

Propter gloriam sanctißimi Nominis tui libera nos ab inimicis nris.

Sanctũ

Sanctum, & terribile est Nomen tuum Domine.

Admirabile est Nomen tuum in vniuersa terra Domine

Confiteantur Nomini tuo magno

Gloriabuntur in te, qui diligunt Nomen tuum Domine

Nomen tuum in æternum Domine

Timebunt gentes Nomen sanctum tuum Domine

Sperent in te, qui nouerunt Nomen sanctum tuum Domine

Propter Nomen tuum propitiaberis peccatis nostris Domine

Propter gloriam Nominis tui Domine

Deus Deorum



Deus Deorum

Et propitius esto peccatis nostris propter Nomen sanctum tuum Dñe

Sequentia

Sequentia sanctissimi Nominis Ego sum, qui sum.

יהוה Ego sum, qui sum

Est Nomen immensissimum,

Est Nomen perfectissimum,

Est Nomen sacratissimum.

Est Nomen Ego sum, qui sum

Summi Regni Regnatoris,

Cæli, & Terræ conditoris,

Mortis nostræ destructoris.

Vere tu Ego sum, qui sum

Laude cordis iam, & oris,

Efficacis vis amoris,

Laudant viri cunctis horis.

Et Nomen Ego sum, qui sum

Laudant omnes Eremitæ,

Venerantur & Leuitæ,

Sancti quoqꝫ Anachoritæ.

Alla

الله Alla tu Ego ſum, qui ſum
Tu Nomen es digniſsimum,
Tu Nomen es dulciſsimum,
Tu Nomen iucundiſsimum.
Laus Nomini Ego ſum, qui ſum
Detur ſemper non terreſtris,
Sed diuina, & Cæleſtis,
Tam à bonis, quam ſceleſtis.
Laudate Ego ſum, qui ſum,
Laudate Nomen nominum,
Laudate decus hominum,
Ac nominatum Dominum.
Alla tu Ego ſum, qui ſum
Hoc Nomen eſt aſtrificum.
Hoc Nomen eſt mirificum.
Sed quid inquam? eſt Deificum.

ΘΕΟΣ tu Ego ſum, qui ſum
Tu Nomen Dei altiſsimum,
Nomen es reuerendiſsimum,
Ac inenarrabiliſsimum.
Eſt Nomen Ego ſum, qui ſum
Apud fideles ſuauiſsimum,
Eſt Nomen amantiſsimum.
Nomen etiam ſanctiſsimum.
Omnes hoc Ego ſum, qui ſum
Summo ſtupore mirantur,
Proni dignè venerantur,
Necnon piè deprecantur.
Salue ò Nomen nominum.
Salue ò Ego ſum, qui ſum,
Salue ò Nomen toties,
Omni momento millies.

I E O M

D E V S.

Dicant huic Ego ſum, qui sum
Laudes ſuperno Nomini,
Cæli, Terræque Domini,
Ea, quæ condidit homini.
Et Nomen Ego ſum, qui sum
Laudet Chorus Angelicus,
Proclamet Archangelicus,
Nec ceſſet Euangelicus.
Vos quoqꝫ Ego sum, qui sum
Exorate viatores,
Celebrate Confeſſores,
Sublimate vos Doctores.
Summum Nomen Ego sum, qui ſum
Corde amet creatura,
Facta, præsens, et futura,
Quæ in Mundum eſt ventura. Amen.

D E V S.

℣. Omnis

℣. Omnis terra adoret te, et psallat tibi.
℟. Psalmum dicat Nomini tuo.



Aña. Ego sum, qui ſum, Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob: hoc Nomen mihi eſt in æternum, ait Dominus Deus Deorum יהוה

Deus

D E V S.

Deus ante me non est formatus, et post Isaiæ 43.
me non erit: Ego sum Dñs, et non est absq́ꝫ
me Saluator; Ego Deus, et ab initio ego ip-
se sum, ait Dñs Deus Deorum יהוה
Ego Dominus Sanctus uester: Ego sum 44.
primus, et ego sum nouissimus, et absq́ꝫ me
non est Deus: Ego sum, ego sum, qui de-
leo iniquitates tuas propter me.
Vt scias, quia ego sum Dñs Deus tuus, 45.
ante te ibo, et gloriosos terræ humiliabo;
Ego Dñs, et extra me non est Deus for-
mans lucem, & creans tenebras.
Sum, qui sum, et non est vltra Deus, nec 46.
est similis mei: Ego ipse sum, qui sum: ego 48.
Dominus Deus tuus docens te vtilia, et
gubernans in via, qua ambulas.

Aña.

Aña. Ego sum, qui sum Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob: hoc Nomen mihi est in æternũ, ait Dñs Deus Deorum יהוה

Preces.

℣. Sperent in te, qui nouerunt Nomen tuum Domine.

℟. Quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.

℣. In Domino Deo Deorum יהוה lætabitur cor nostrum.

℟. Et in Nomine sancto eius sperauimus.

℣. Per singulos dies benedicam te Domine.

℟. Et laudabo Nomen tuum in sæculũ, et in sęculum sæculi.

℣. Exurge Domine adiuua nos.

℟. Et redime nos propter Nomen tuum.

Oremus.

Oremus.

Deus Deorum, primus, et nouissimus, principium, et finis, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum יהוה: qui Moysi famulo tuo dixisti, Ego sum, qui sum, hoc Nomen mihi est in æternum: quod Nomen æternum, et sempiternum est, quod per Angelum delatum est, per Nomen tuum, quod est, est, quicquid mihi necesse est, concede mihi Deus, est, aufer à me, quod malum est, et peccatum, quod in me est, dona mihi, quod bonum est, illud Pater, quod per te est. Verus Deus, verus יה Iah, uerus Deus Deorum יהוה Iehouah, exaudi me, et ab omnibus persequentibus me, libera me: audi mea precamina, & dimitte peccamina, solue nexuum vincula, & da quieta tempora. Amen.

Ego

ET COGNOSCENT OMNES QVIA NOMEN TIBI DEVS DEORVM TV SOLVS ALTISSIMVS IN OMNI TERRA.

Egosũ, quisũ	Notus	Oriens	Admirabilis
Trinusvnus	Oadonai	Reuelator	Liberator
Creator	Magnificus	Vniuersalis	Tu es, qui es
Optimus	Excelsus	Miserator	Immortalis
Gloriosus	Nouissimus	Infinitus	Sanctus
Nobilis	Terribilis	Ens entiũ	Sanctissimus
Omnipotẽs	Inuincibilis	Verus	Iustissimus
Sapiens	Bellator	Estquiest	Magnificatus
Clemens	Imobilis	Triũphator	Viuens
Egregius	Defensor	Vtilis	Sempiternus
Nimis	Eximius	Speciosus	Ipse est, qui est
Tremendus	Viuificator	Obseruãdus	Nominatus
Operator	Strenuus	Legislator	Omega, alpha
Maximus	Dominator	Vnigenitus	Misericors
Notabilis	Exauditor	Subleuator	Notissimus
Expugnator			Ineffabilis
Sublimis			Timendus
Quæsitus			Excellens
Vnicus			RexRegum
Immensus			Rectus
Adorandus			Altissimus.

A Ω

יהוה

יה

Qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro, et percußit Reges magnos, et occidit Reges fortes.



Sequentes laudes deuotè, et confidenter dicēdæ sunt in conflictu certaminis, quando occurrerit pugna contra hostes Catholicæ Fidei.

Aña.

Aña. Dominus quasi vir pugnator.

Mach. I. Inimici tui Dñe Deus Deorum יהוה congregati sunt, et gloriantur in virtute sua; cōtere fortitudinem illorum Domine, et disperde illos propter Nomen sanctum tuum.

Et congregatæ sunt gentes contra nos, et sacta nostra, et pedes eorum currunt, vt effundant sanguinem nostrum; sed tu Domine extēde brachium tuum, & libera nos.

Psal. 54. 10. Veniat mors super illos, et descendant in infernum viuentes, et pluat super peccatores laqueos ignis, sulphur, et spiritus procellarū, pars calicis eorum.

Exod. 15. Et irruat super eos formido, et pauor in magnitudine brachij tui Domine Deus Deorū יהוה ac fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti. Glor.

Alla

ا ل ل ه

الله Alla Deus Deorum יהוה inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te, extulerunt caput, et super populum tuum malignauerunt consilium, et cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Psal. 82.

Liberator fortis אל El Deus Deorum יהוה pone illos, ut rotam, et sicut stipulam ante faciem uenti, et sicut ignis, qui cōburit syluā; ita persequeris illos in tempestate tua, et in ira tua turbabis eos.

Longanimis, et iustus Iudex אלהים Elohim imple facies eorum ignominia, et confundantur, et pereant, ut cognoscant, quia Nomen tibi Deus Deorum יהוה tu solus altissimus in omni terra.

Agla אגלא in æternum potens Deus Deorum יהוה exurgat, et dissipentur inimici eius, et fugiant, 67. qui oderunt eum à facie eius, et sicut deficit fumus, deficiant, et sicut fluit cera à facie ignis.

Gloria &c.

Tu

I E O M

1. Reg. 17. Tu venis ad me cum gladio, hasta, et clypeo, dixit David Philisthæo; ego autem venio ad te in Nomine Domini exercituum יהוה: percutiam te, et dabo cadauera castrorum Philisthijm hodie bestijs terræ.

Et cucurrit Dauid ad pugnam, funda iecit, et percussit Philisthæum in fronte, præciditque caput eius, et Filij Israel persecuti sunt Philistheos, et ceciderunt vulnerati in terram.

2. Paral. 32. Omnis terra cognoscet, quia nobiscum est Dominus Deus noster, hodie pugnabit pro nobis bella nostra, percutietque inimicos nostros, et opprobrium sempiternum dabit illis.

Exod. 3. Sum, qui sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, trinus, et vnus Deus Deorum יהוה et

Ioann. 18. cum dixisset Iesus persecutoribus suis Ego sum, abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram.

Gloria &c.

Dixit

D E V S.

Dixit Deus Deorum יהוה ad Moysen, eleua virgam, et extende manũ tuam super mare, et diuide illud; et cum extẽdisset, diuisæ sunt aquæ maris, et ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris.

Et persequentes Aegyptij ingressi sunt post eos per medium sicci maris, et reduxit Dominus aquas maris super eos, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Vt cognoscant omnes fines terræ, quia Dominus Deus Deorum יהוה quasi vir pugnator omnipotens Nomen eius currus Pharaonis, et exercitum eius proiecit in mare.

Submersusque est Pharao, et omnis exercitus eius descendit in profundum maris quasi lapis, Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio maris.

Gloria &c.

Exod. 14.

D E V S.

Aña.

Antiphona.

Dominus quasi vir pugnator omnipotens Nomen eius currus Pharaonis, et exercitum eius proiecit in mare.

Capitulum.

Accingimini Filij, et estote parati in mane, vt pugnetis aduersus nationes has, quæ conuenerunt contra nos, & sancta nostra, et impetum inimicorum ne timueritis, memores estote, quo modo salui facti sunt Patres nostri, et mementote mirabilium eius, quæ fecit Pharaoni, & exercitui eius in mari Rubro.

Hymnus.

Hymnus.

D E V S.

Deus, dum praua suis hæresis obsidet,
Sedem Cæsaream fraudibus impijs,
Custodire faueto
Romani Imperij decus.
Exurge Domine protinus hostium
Romanæ fidei agmina contere;
Diua vindice dextra
Nostrum vindica sanguinem.
Viriles populos vndiq; congerunt
Reges, ac Proceres insimul aduocant,
Vt vastata tuorum
Reddant templa fidelium.
Sterne illos Domine, qui te sic obsident,
Hostiles acies dirue penitus,
Regis Assyriorum
Strauisti agmina sicuti. Amen.

D E V S.

℣. A voce

℣. **A** voce Angeli fugerunt populi.
℟. **E**t ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes.



Aña. **V**t ergò dixit Iesus persecutoribus suis Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

Deus

D E V S

D E V S

Deus Deorum, Domine Deus יהוה 4. Reg. 19.
inclina aurem tuam, et audi verba Senna-
cherib, qui misit multitudinem hanc, ut ex-
probraret Nomen ſanctum tuum.

Et tu Domine Deus noſter ſaluos nos
fac de manu inimicorum noſtrorum,
qui volunt nos perdere, & hæreditatem
tuam delere.

Venit Angelus Domini in nocte illa,
et percußit in caſtris Sennacherib Re-
gis Aßyriorum centum octoginta quĩ-
que millia virorum.

Surge ergo Domine Deus Deorũ יהוה Num. 10.
et dißipentur hodie omnes iſti inimici tui,
et Eccleſiæ ſanctæ tuæ, et fugiant, qui
oderunt te a facie tua.

Gloria Patri &c.

Aña.

Antiphona.

Vt ergo dixit Iesus persecutoribus ſu-
is Ego ſum, abierunt retrorſum, et ceci-
derunt in terram.

Preces.

℣. Exurge Domine Deus Deorum יהוה
et dißipa hodie inimicos Eccleſiæ ſanctæ tuæ.

℟. Et fugiant, qui oderunt te a facie tua.

℣. Sicut deficit fumus, deficiant.

℟. Sic pereant peccatores a facie tua.

℣. Nobiscum Deus Deorum יהוה qui
auxiliator eſt noſter.

℟. Hodie pugnabit bella noſtra.

℣. Fiant tamquam puluis ante faciem
venti.

℟. Et Angelus Domini persequens eos.

Oremus.

Oremus.

צבאות Sabaoth exercituum Deorum Deus יהוה eripe nos ab omnibus inimicis nostris, à viris sanguinum, & operantibus iniquitatem, et sub umbra alarum tuarum protege nos à facie inimicorum nostrorum, qui festinant nos perdere, et hæreditatem tuam delere, et pedes eorum currunt, ut effundant sanguinem nostrum: אל El, fortis, אלהים Elohim. Iudex iuste, אהיה Ehie, fui, sum, et ero, אדני Adonai. Domine Deus Deorũ יהוה in camo, & freno maxillas eorum constringe, ut non approximent ad nos, sed fugiant, qui oderunt te à facie tua, & sicut fumus deficit, deficiant, & sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant hodie omnes inimici Ecclesiæ sanctæ tuæ: et sicut submersisti Pharaonem, et exercitum eius in

Mari

Mari Rubro, & misisti Angelum tuum, qui una nocte percussit centum octoginta quinque millia bellatorum ex castris Regis Assyriorum; ita Domine Deus Deorum יהוה in virtute sanctissimi Nominis tui percute, confunde, dele, et dissipa hodie omnes inimicos populi hæreditatis tuæ, ut sciat omnis terra, quia nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnat bella nostra. Amen.

Oremus.

[illegible] Sabaoth exercituum Dominum De-

[illegible] eripe nos ab omnibus inimicis nostris [illegible]

[illegible] sanguinum, & [illegible] inquirunt [illegible]

[illegible] sub umbra alarum tuarum protege nos [illegible]

[illegible] inimicorum nostrorum [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Adonai [illegible]

[illegible] & fremo [illegible] confu-

[illegible] non appropinquent [illegible] fugiant, [illegible]

[illegible] a facie tua. Et sicut fumus deficit, de-

[illegible]. Et sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant

hodie omnes inimici Ecclesiae sanctissimae [illegible]

[illegible] Pharaonem, & exercitum eius in

Mari

EXHORTATIO CONTRA BLASPHEMOS.

TANTAE dignitatis, gloriae, hono-
ris, [illegible] excellentiae, [illegible] et [illegible]
[illegible] ineffabile Nomen illud [illegible]
[illegible] apud priscos Hebraeorum Patres, ut a nemi-
ne [illegible] Summo Pontifice in maioribus solem-
nitatum [illegible] diebus, gloriosa
[illegible] Summi Sacerdotii
[illegible] quam Templi [illegible] proferretur, cuius pro-
nunciatio [illegible]. Et Exod. 28. praecepit Deus, ut hoc
gloriosum Nomen suum poneretur in lamina de
auro purissimo sub Tiara Summi Pontificis Aaron
[illegible] ut nemini [illegible]
[illegible] Nomine [illegible]
[illegible]. Vide [illegible]
[illegible] Levit. 24. legitur, hoc Nomen [illegible]
[illegible] proferre [illegible]
[illegible] est Dominus ad Moysen, dicens:

[illegible]

EXHORTATIO CONTRA BLASPHEMOS.

TANTAE dignitatis, gloriæ, honoris, tantæq; excellentiæ, celsitudinis, et maiestatis fuit ineffabile Nomen illud Τετραγράμματον יהוה apud priscos Hebræorum Patres, vt à nemine nisi ab ipso Summo Pontifice in maioribus solemnitatum festiuitatibus, ieiuniorumq; diebus, gloriosæ sanctificationis tantùm, & benedictionis Sacerdotũ, non in alio, quàm Templi loco proferretur, atq; pronunciaretur. Et Exod. 28. præcepit Deus, vt hoc gloriosum Nomen suum poneretur in lamina de auro purissimo sub Tiara Summi Pontificis Aaron: ac fuit deniq; præceptum, vt nemini litteras ineffabilis illius Nominis Τετραγράμματον יהוה ferre licuisset. Vndè Aegyptius quidam temeritate ductus, prout Leuit. 24. legitur, hoc Nomen suum sacratissimum ore impio proferre præsumpsisset; locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

Educ

Educ blaſphemum extra caſtra, et lapidet eum po=
pulus vniuerſus. Et tandem Aegyptius ille eo quod
ſemel Nomen Domini blaſphemaßet, lapidibus
obrutus fuit. Sed quid faciendum eſt nunc tempo=
ribus noſtris? quid dicendum de tot horrendis bla=
ſphemis, qui non ſemel, aut ter, ſed vt habetur Isa=
iæ 52. iugiter tota die Nomen Dei blaſphemant?
videnturne huiusmodi blaſphemi homines ratione
præditi? minime gentium; ſed longe peiores brutis
animalibus apparent: quæ bruta ipsa, laudes, quas
poßunt, referunt Creatori, et in eße ſuo ſemper be=
nedicunt Deo: et omnis ſpiritus laudat Dominum.
Immò peiores multo sunt Dæmonibus ipsis, prout
Iacobus Apoſtolus cap. 2. affirmat, dicens: Tu cre=
dis, quia vnus eſt Deus, benefacis, etiam Dæmones
credunt, et contremiscunt, et in hoc te minus mali
ſunt; quia tu non times blaſphemare Deum, &
ipsi contremiscunt audire nominare Nomen eius
tremendum. Et Isaiæ 1. Væ genti peccatrici, popu=
lo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis,
dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt San=
ctum Israel, abalienati ſunt retrorsum. Et ſecu=
dum

dùm Matthæum cap. 12. peccatum blaſphemiæ non
remittitur in æternum, ideſt, difficilè remittitur, cum
ſit actus infidelitatis: ac omne peccatum, blaſphemiæ
comparatum, leuius eſt, et propterea dicit S. Augu=
ſtinus; non minus peccant, qui blaſphemant Chri=
ſtum regnantem in Cælis, quàm qui crucifixerunt
eum ambulantem in terris. Et antiquitùs audien=
tes blaſphemiam in Deum, obturabant aures ſuas,
et veſtimenta ſcindebant in signum doloris, et di=
ſplicentiæ. Proindè legitur 4. Reg. 14. quòd pro=
pter blaſphemiam misit Deus Angelum suum, et
percußit una nocte ex caſtris Regis Sennache=
rib centum octoginta quinq; millia Aßyriorum.
Et Act. 12. cap. Confeſtim Angelus Domini per=
cußit Herodem, eo quod non dedißet honorem
Deo, et consumptus à vermibus, expirauit. Et
Psal. 105. aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan,
et aperuit ſuper congregationem Abiron. Et
propter huiuscemodi horrendum peccatum bla=
ſphemiæ Deus quotidie caſtigat Mundum fame,
peſte, et bello, submersionibus, alijsq; quotidia=
nis flagellis ſui vindicans ſanctißimi Nominis
iniu=

iniuriam. Cum enim homo, præsertim Christianus creatus à Deo debeat quotidie, et continuè ipsum laudare, necnon pro immensis ab ipso acceptis beneficijs perpetuas eidem gratias agere; valdè abominabile est, quòd homo loco laudis, et gratiarum actionis Creatori suo maledicat, ac blasphemet, hoc aures horrent, et piorum animæ execrantur. Sanè si quis effigiem alicuius Principis depictam contumeliosè pedibus cōculcaret, ore consputeret, manibus effringeret, læsæ Maiestatis crimen omnium iudicio commisisse, grauiq; pæna mulctandum esse, censeretur: At longè grauius, et intolerabilius est, Deum tot horrēdis blasphemijs lacerare: obstupescite Cæli super hoc, Ierem. 2. Et nunc Reges, et Principes intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. O Reges, et Rectores orbis terrarum ne amplius sacratissimum, et excellentissimum diuinæ Maiestatis Nomen tam impunè blasphemari, et execrari patiamini. Si etenim sub læsę Maiestatis crimine dignitatum vestrarum in hoc orbe ab omnibus honorari, et venerari cupitis, quanto magis diuini Nominis honorem, et reuerentiam præ cunctis promouere tenemini, ita vt

bene-

benedicatur, adoretur, glorificetur, et collaudetur per omnes totius orbis terrarum plagas. Et nunc Reges terræ, et omnes populi, Psal. 148. Principes, et omnes Iudices terræ laudate Nomen Domini, quia exaltatum est Nomen eius solius. Laudate ergò et superexaltate hoc gloriosissimum Nomen Τετραγράμματον יהוה in terra, sicut Angeli adorant in Cælo, atque omnes una voce confitentur, dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria Nominis eius sanctissimi. Et hoc ineffabile Nomen Dei Τετραγράμματον יהוה in aliqua lamina de auro purissimo, gemmis, et pretiosis lapidibus adornata, capiti, vel cordi est applicandum, et abluto ore ab omni sorde peccati cum maxima laude est proferendum, quia hoc solum gloriosum Dei Nomen Τετραγράμματον יהוה est admirabile, superexaltatum, et benedictum in sæcula sæculorum. Amen.

